



Q. HORATII FLACCI  
ODARVM  
LIBER QUARTUS.

*Saphica*

ODE I. *Dicōlo, Fetasto  
phoi*

Julus Antonius rogaverat Horatium, ut Pindarum imitatus Augusti victoriam caneret. Illi respondet.

*Pindarum quisquis studet amulari, Saphica 3.*  
Fule, ceratis ope Dadalea

Nititur pennis, vitreo daturus

Nomina ponto. *Adomim sp. et dact*

Monte decurrens velut amnis, imbres

Quem super notas aluere ripas,

*Pindarum.* Fuit Pindarus Poeta Thebanus, Lyricorum apud Græcos princeps: floruit Olympiade 75. ante Christum, annis 440.

*Fule.* Julius Antonius, filius Marci Antonii Triumviri, post necem patris, veniam ab Augusto, & eximios honores adeptus, cum nihilominus in eum conjurasset, ejusdem jussu est interfectus.

*Ceratis, &c.* Sensus est: quemque studet Pindarum imi-

*Saphicus constat ex Chori. Sp. et dact. et 2. Choriis.*

tari, ille alis utitur ceratis ope Dadalea, id est, cerâ cōpactis à Dadalo: idē facit quod Icarus, qui alas humeris aptavit, confectus à patre suo Dadalo; sed ejus fatū idem erit, atq; Icaris, qui solutis pennis, Sole ceram liquefaciente, in mare decidit, cui nomen suum dedit. Icarium mare, pars est Egæi maris: vitreum vocatur, id est, caruleū, vel pellucidum, instar vitri.

*Aluere.* Auxere, ita ut supra ripas exundet.

Fervet, immensuſque ruit profundo  
Pindarus ore:

Laurea donandus Apollinari;  
Seu per audaces nova dithyrambos  
Verba devolvit, numerisque fertur  
Lege solutis:

Seu Deos, Regesque canit Deorum  
Sanguinem, per quos cecidere iusta  
Morte Centauri, cecidit tremenda

*Fervet.* Stylus Pindari est incitatus, uberrimus, & sententiarum gravitate præstans; itaq; rectè cum fluvio æstuante, immenso, ac profundo cōparatur.

*Ore profundo.* Carmine, stylo, amplo, vasto, sublimi, copioso.

*Laurea.* Coronâ, è lauro, qua solet Apollo coronari, & vates suos coronare.

*Nova.* Novata, à Pindaro facta; non antè usitata.

*Dithyrambos.* Versus erant liberiores, primò in Bacchi, deinde heroum honorem facti; in quibus metaphoræ, sententiæ, omnia erant grandiora, & sonantiora: hinc audaces vocat, nempe ob rerum, & verborum copiam, licentiam, ampullas. Vocati sunt autem Dithyrambi; vel, quia Bacchus ipse Dithyrambus est appellatus, quasi bis in vitam missus; vel ab eo, qui primus genus illud carminis invenit. Vide Turneb. l. i.

*Devolvit.* Vox à fluvio sumpta, qui magna vi è superiore loco delabitur, ac præcipitat.

*Numeris.* Numeri, sive modus in versibus, propriè pertinent ad cantum, cujus mensuræ sunt: pedes, ad syllabarum quantitatem, & mensuram. Sæpè inter se ista duo confunduntur.

*Lege solutis.* Dithyrambi sunt versus liberiores.

*Sanguinem.* Reges, Deorum filios appellabant.

*Per quos.* Pirithoum, & Theleum significat.

*Centauri.* Tauri quidam in Thessalia, furore correpti, montem Pelion occupaverant; unde obvios impetebant, & totam circum vastabant regionem: eos domuere, & jaculis consecere juvenes quidam è vicino pago, cui nomen Nephelæ, e-quis adhibitis; quorum in tergo sedentes cum primùm sunt aspecti, quod antea nondum visum erat, ab emittis intuentibus

*Flamma Chimera:*

*Sive quos Elea domum reducit,  
Palma Caleses; pugilemve, equumve  
Dicit, & centum potiore signis  
Munere donat:*

*Flebili sponsa juvenemve & aprum  
Plorat; & vires, animumque, moreisque*

tibus monstra ex hominibus,  
& equis composita esse credita  
sunt, quos centauros appella-  
verunt, à jaculis, quibus tauros  
interfecerant. Illi cum in Hip-  
podamiae, & Pirithoi nuptiis,  
matronas quaedam pulsassent,  
& Pirithoum ipsum tractassent  
contumeliosius, ab eo caesi  
sunt. Od. 16. l. 1. Ovid. lib. 13.  
Metam.

*Chimera.* Mons Lyciae fuit,  
cujus in vertice leones stabuli-  
bantur; in radice, serpentes, in  
medio, caprae pascebant: unde  
nata fabula, monstrum esse  
leonino capite, alvo caprina,  
serpentina cauda, flammam vo-  
mens ore, &c. Hoc monstrum  
Bellerophon domuit.

*Sive, &c.* Subaudi, canit:  
seu canit Pindarus eos, quos  
Elea palma, id est, corona re-  
lata in ludis Olympicis, apud  
Elidem, Graeciae civitatem,  
celebrari solitis, reducit do-  
mum Coelestes, id est, Superis  
aequales, Coelestibus; ob rela-

tam cum victoria gloriam,  
comparandos.

*Pugilemve, &c.* Sive dicit,  
sive laudat pugilem, id est, ali-  
quem, qui pugno vicerit: quod  
certaminis genus unum erat è  
quinque certandi modis in ce-  
leberrimis illis ludis usurpari  
solitis; saltu, disco, cursu, lu-  
ta, & pugilatu. Pugiles igitur  
proprie nudis pugnis decerta-  
bant inter se; quos interdum  
tamè armabant cestibus. Erant  
autem cestus, involucre è co-  
rio bubulo facta, quibus ex-  
tremam brachii partem, ad  
validiores ictus insigendos,  
tegebant, armabantque.

*Equumve:* Aut aliquem lau-  
dat, qui curuli vicit certamine.  
Imò equi victorum corona-  
bantur, & laudabantur.

*Signis.* Statuis.

*Munere, &c.* Versibus; qui  
potiores, & pluris aestimandi  
sunt, quam centum statuae.

*Flebili.* Dignae fletu, ac la-  
chrymis,

*Aureos educit in astra, nigroque  
Invidet Orco.*

*Multa Dircaum levat aura cygnum,  
Tendit, Antoni, quoties in altis  
Nubium tractus; ego apis Matina  
More, modoque,*

*Grata carpentis thyma per laborem  
Plurimum, circa nemus, avidique  
Tiburis ripas, operosa parvus  
Carmina fingo.*

*Concines majore Poeta plectro  
Caesarem, quandoque trahet feroces  
Per sacrum cliuvm, meritò decorus  
Fronde, Sicambros;*

*Educit in astra.* Laudibus  
in Caelum tollit.

*Invidet.* Vindicat ab Orco;  
morti quasi, & oblivioni ere-  
ptum, immortalitate donat.  
Quae enim aliis invidemus, adi-  
mimus, aut certè adimere illis  
volumus.

*Multa, &c.* Pindarus, cygnus  
ille Dircaus, id est, vates The-  
banus, (à Dirce, fonte vicino  
Bœotia) multo vento, aurâ fa-  
vente, & secunda, in altas nubes  
tollitur: id est, uicitur in his om-  
nibus dicendis, sive Deos, sive  
Reges, & victores canat, stylo  
sublimi, & humum spernit fu-  
giente pennâ.

*Cygnum.* Poeta cum Cy-  
gnis, qui suavissimè canere so-  
luntur, comparari solent.

*Nubium tractus.* Aëris vasta  
spatia, ubi nubes pendent, ac  
trahuntur. Tractus de terra  
pariter, & mari dicitur, pro re-  
gione, æquore.

*Matina.* Matinus est mons  
Italiae, in Calabria.

*Uvidi.* Humidi. Tiburis au-  
tem ripas dicit, pro ripis flu-  
minum, quibus Tibur alluitur.

*Operosa.* Elaborata, laboriosa.

*Fingo.* Elaboro.

*Poeta.* Tu, ò Antoni, Poeta  
præstantissime.

*Majore.* Quam ego scilicet.  
De plectro, vide Oden. 1. lib.  
2. sub finem.

*Quandoque.* Quando.

*Cliuvm.* Viam Sacram, per  
quam triumphantes Capito-  
lium petebant.

*Sicambros.* Germaniae popu-  
los,

Quo nihil majus, meliusve terris  
Fata donavere, bonique Divi,  
Nec dabunt, quamvis redant in aurum  
Tempora prisca.

Concines latusque dies, & Urbis  
Publicum ludum, super impetrato  
Fortis Augusti reditu; forumque  
Litibus orbem.

Tum mea (si quid loquar audiendum)  
Vocis accedet bona pars, & O Sol  
Pulcher, ò laudande, canam, recepto  
Caesares felix.

Tuque dum procedis, Io triumphe,  
Non semel dicemus; Io triumphe,  
Civitas omnis; dabimusque Divis  
Thura benignis.

Ios, ubi est nunc Gueldria. Bellum  
in eos gestum est, circa ann. 738.  
Vide 2. Indicè Odarum, ad hunc  
annum. Ab ea regione orti sunt  
Franci, & in eas, quas obtinent  
modò, Gallias effusi.

Super. Propter.  
Reditu. E Germania, quò se  
cõtulera, bello Sicambrico; ex  
quo cum in Gallias esset profectus,  
inde rediit Romam anno  
V.C. 741. ubi tunc Julius Antonius  
Prætorum gerebat.

Litibus orbem. In publica legiti-  
tia, vel luctu, silebat forum,  
id est, lites nullæ agebantur:  
idque appellabant *justitium*.

Tum mea, &c. Tum adda vo-  
cis mea bonam partem, ad au-  
gendam publicam gratulationem;

contendam vocem, & exclama-  
bo; O Sol, ò dies pulcher, &c.  
Audiendum. Audiri dignum,  
quod tanti sit.

Felix. Ego, felix ob Cæsarem  
reducem, canam, &c.

Recepto. Recuperato, qui vi-  
debatu amissus: vel, cujus sa-  
lus in dubium veniebat, pro-  
pter incertos belli eventus.

Tuque, &c. Ipsum triumphum,  
pro more, tanquam si  
esset persona, compellat. Vel,  
ipsum Antonium alloquitur;  
qui, ut erat Prætor, processu-  
rus erat, id est, insigni quadam  
pompa, cultuque incessurus, ad  
ordinandum triumphum, &  
cohonestandum.

Io. Vox lætitiæ index; alius

Te ducem tauri, totidemque vacca,  
Me tener solvet vitulus, relicta  
Matre, qui largis juvenescit herbis

In mea vota,

Fronte curvatos imitatus ignes  
Tertium Luna referentis ortum,  
Quà notam duxit, niveus videri,  
Cætera fulvus.

doloris, & fletus.

Solvat. Voto. Damnari di-  
cuntur voto, quibus id quod  
optaverunt, quod voverunt,  
contigit; & ita obligantur: sol-  
vuntur isto quasi vinculo, cum  
id, quod Superis promiserant,  
reddunt.

Relicta matre. A lacte depul-  
sus.

Juvenescit. Crescit, adoles-  
cit.

Fronte, &c. Habens cornua

in fronte curvata, instar Lunæ  
crescentis, & tertio die appa-  
rentis.

Quà notam, &c. Certâ cor-  
poris parte ( fortasse in fronte,  
ubi pecudes solent notari, ut  
agnoscantur cujâ sint) notâ  
candidâ insignis, cætero cor-  
pore, quod spectat reliquas  
partes corporis, fulvus.

Niveus videri. Hellenisimus,  
pro niveus visu.

Dicōlor ODE II. Dicitur Pho

Gratias agit Melpomenæ, pro beneficio lyricæ  
Poeseos, sibi ab ea concessio.

Quem tu Melpomene semel *Elisionius*  
Nascentem placido lumine videris, *Aclepiad.*

Illum non labor Isthmii

Quem tu, &c. Cui nascen-  
ti favere dignata sis.

Melpomene. Vna è Musis.

Labor Isthmii. Cerramina  
Isthmica. Isthmus est angusta  
pars terræ, interjacens inter  
duo maria. Celebrerrimus est  
Corinthiacus in Græcia, in fau-

cibus Peloponnesi, inter Æ-  
geum, & Ionium mare. In eo  
Isthmo est Corinthus; cujus  
urbis Rex olim Siphos certa-  
mina quædam instituit, in ho-  
norem Melicertæ. Eadem po-  
stea Theseus Neptuno dedica-  
vit; celebrabantur quinto quo-

*Elisionius constat ex spondus et que  
Dact. Dact. Aclep. ex spond. Dact. silaba  
et dact. dact. dact.*

Clarabit pugilem; non equus impiger  
Curru ducet Achaico

Victorem: neque res bellica Delis  
Ornatum folis ducem,

Quod Regum tumidas contuderit minas;  
Ostendet Capitolio:

Sed qua Tibur aqua fertile prafluunt,  
Et spissa nemorum coma,

Fingent Aëlio carmine nobilem.  
Roma, principis urbium,

Dignatur soboles inter amabiles  
Vatum ponere me choros;

que anno, ut vult Plin. lib. 4.  
vel, ut docet Pindarus, tertio.

Clarabit. Clarum efficit.

Pugilem. Vide Oden superiorem.

Curru, &c. Id est: non sedebit in curru Achaico victor, ob equorum factorum perniciositatem. Achaicum vocat currum, quia Corinthus, & Isthmus, in quo fiebant certamina Isthmica, de quibus agit, sunt in Achaia, Peloponnesi parte.

Neque res, &c. Ordo est: Neque res bellica, res praclarè in bello gesta, eum ostendit Capitolio ducem, & imperatorem triumphantem, ornatumque folis Delis, id est, lauream Apollinari (à Delo insulâ, Apollini sacrâ) quod Reges superbos, minacesq; confuderit, prostrigaverit. Non ibit Romam, post hostes victos, gratias a-

cturus Jovi in Capitolio.

Tibur. De illa urbe, vide librum 2. Od. 4.

Prafluunt. Praeterfluunt, alluunt, magnâ ubertate, & copia: nam saepe auget verbi, cui jungitur, significationem vocula ista, pra.

Fingent, &c. Reddent idoneum, ut Aëlia carmina conficiat, quibus nobilitetur, & famam insignem sibi comparet. Poëta sylvarum amœnitate, ac secessu maximè gaudent.

Aëlio carmine. Lyrico: quia Alcaeus, & Sappho; ejus carminis auctores, quos Horatius imitatus est, erant oriundi è Lesbo insulâ, & ex urbe Mitylene, quæ ditionis Aëlicæ erat; ut dictum libro tertio.

Roma soboles. Romani.

Et jam dente minus mordeor invido.

O testudinis aurea

Dulcem qua strepitum, Pieri, temperas!

O mutis quoque piscibus

Donatura cygni, si libeat, sonum!

Totum muneris hoc tui est,

Quod monstror digito pratercuntium,

Romane fidicen lyra;

Quod spiro, & placeo (si placeo) tuum est.

Testudinis. Lyra testudo vocatur; quia impositæ sunt fides, sive chordæ, ligno incurvo, in morem tegminis, & tergi testudinei: vel, quia primam lyram compegit Mercurius ex ejusmodi concha, & tergo testudinis.

Strepitum. Testudinis cantum.

O Pieri. Vocativus; à recto Pieris. O Musa, ò Melpomene. Musæ vocatæ sunt Pierides, à Pierio fonte Macedonia, ipsi sacro.

Temperas. Moderaris: quæ lyram meam regis.

Cygni sonum. Cygneam vocem. In dictione, Cygni, prima syllaba est, cy; secunda, gni: unde prima syllaba est brevis. Sic Martialis secundam corripit in voce, Smaragdus, exemplo Græcorum.

Fidicen, &c. Poëta Latinus lyricus. Fidicen is est, qui fidibus, & lyrâ canit. Sæpe gloriatur Horatius, se principem versus Latinos lyricos fecisse.

Quod spiro. Vitâ se acceptâ referre Musis, non semel testatur est. Vide Oden 4. lib. 3. his verbis, vestris amicis, &c.

Alcaica - O D E III. ut 1. 2. 3.

Drusi laudes, post reportatam ab illo insignem de Rhætis, & Vindelicis victoriam.

Qualem, ministrum fulminis alitem,

Qualem, &c. Ordo est. Qualem aquilam (quæ ministrat Jovi fulmina, & cui ille regnum in alias volucres dedit, postquam expertus est si-

delem in Ganymede rapiendo) juvenile robur, & innatus vigor exire nido cogit, insciam laborum, id est, adhuc imperitam volandi, pugnandi, &c.

Cui Rex Deorum regnum in aves vagas

Permisset, expertus fidelem

Jupiter in Ganymede flavo,

Olim juventus, & patrius vigor

Nido laborum propulit in seium;

Vernique, jam nimbis remotis;

In solitos docuere nisus

Venti paventem; mox in ovilia

Demisit hostem vividus impetus;

Nunc in reluctantes dracones

Egit amor dapis, atque pugnae:

Qualemve latis caprea pascens

Intenta, fulva matris ab ubere

talem Drusum hostes sensere.

*Ministrum fulminis.* Jovis fulmina gestare aquila dicitur; vel quod, ut Plinius auctor est, nunquam fulmine feriatur: vel, quod in altissimos nubium tractus evolet, ubi fulmina procuduntur, & unde in terras decidunt.

*Ganymede, &c.* Fuit Ganymedes filius Trois, Trojanorum Regis: raptus à Jove in aquilam mutato dicitur, ut Superis in Cælo nectar misceret.

*Olim.* Aliquando: vulgò.

*Patrius.* A patre acceptus.

*Vernique, &c.* Ordo est: & venti verni, jam remotis nimbis, id est, jam depulsa, & fugata hyeme, eandem aquilam, quamvis adhuc paventem, docuerunt nisus insolitos. *Per nisus;* intellige conatum, & la-

borem junioris aquilæ, in volando, in librandis pennis; in quo utitur ope ventorum, à quibus defertur, & veluti docetur volare.

*In ovilia.* Ad agnos rapièdos. *Hostem.* Ruentem, hostili more, & impetu.

*Reluctantes.* Pugnaces, & contra aquilam se acriter defendentes. Mutuum enim inter se odium exercent, à natura infirum.

*Qualemve, &c.* Qualis est leo, cum in capream, occupatam in herbis depascendis, & nihil de hoste, ac periculo cogitantem, fertur, &c.

*Fulva matris.* Leana.

*Ab ubere.* Recentem ab ubere; qui non ita pridè ubera sugere desit: quod idem est ac, *lacte depulsum*, in sequenti versiculo.

Jam

Jam lacte depulsum leonem,

Dente novo peritura vidies

Vidère Rhati bella sub Alpibus

Drusum gerentem, & Vindelici: quibus

Mos unde deductus per omne

Tempus Amazoniâ securi

Dextras obarmet, querere distulis

Nec scire fas est omnia. Sed diu,

Lateque victrices caterva,

Consilii juvenis revicta

Sensere, quid mens ritè, quid indoles

*Dente novo.* Nondum ad prædam, & eadem exercitatio, assuefacto.

*Rhati.* In Germania sunt, ubi nunc Grifones, & Tirolensis Comitatus, ad Alpium radices.

*Drusum.* Cl. Drusus, filius Tiberii Neronis fuit, ac Livie Augustæ, quæ, relicto, & annuente priori viro, Augusto nupsit, ac tercio, quam nupserrat mense, hunc Drusum peperit: de quo vide Velleium Paterculum lib. 2. c. 97. 98.

*Vindelici.* Infra Rhetos, ad Danubium: Bavariæ pars, & Sueviæ nunc est.

*Quibus, &c.* Qui Vindelici cur hunc more habeant, & unde deductus, id est, derivatus, ut arment dextras securi, quasi Amazones olim usæ sunt, neglexi, & in aliud tempus distuli diligentius investigare. *Fuerunt* Amazones primæ secu-

rim in bello adhibuisse: erant illæ bellicosæ fœminæ, quæ magnâ partè Scythiæ circa Tanaim, & Asia circa Thermoodontè fluvii, occupaverunt.

*Nec scire, &c.* Videatur hic joculari Horatii, & aliq̃ irrideres, qui fortè, cum Drusi victorias easdè celebraret, in ea re investigandâ multus fuerat.

*Victrices.* Rhetorum, & Vindelicozum, qui magnas antea clades Romanis intulerant. Vide Paterc. l. 2.

*Juvenis.* Drusi.

*Revicta.* Vicissim victa, quæ antea Romanos diu, lateque vicerant.

*Mens, indoles.* Mens, consilium, & prudentiam indicat; indoles, virtutem, & mores. Est autem hic ordo: sensere quid mens, quid indoles nutrita ritè, id est, sanctè, & morte, institutoq; majorum, posset

O 3 No-

*Nutrita faustis sub penetralibus*

*Posses, quid Augusti paternus*

*In pueros animans Neronis.*

*Fortes creantur fortibus: & bonis*

*Est in juvenis, est in equis patrum*

*Virtus; nec imbellem feroces*

*Progenerant aquile columbam.*

*Doctrina se vim promovet insitam,*

*Rectique cultus pectora roborant:*

*Utrumque defecere mores,*

*Dedecorant bene nata culpa.*

*Quid debens, o Roma, Neronibus,*

*Tectis Metaurum summen, & Asdrubal*

*Penetralibus.* In Augusti domo. Penetrale proprie est pars illa domus, ubi coluntur Penates, seu Dii domestici: pro tora domo sumitur.

*In pueros, &c.* Tiberium Neronem, & Cl. Drulum privignos suos, filios Tiberii Neronis, & Livie: quorum tutor Augustus, ipse a parente Tiberio moriente dictus, & animo, & benevolentia pater fuit.

*Creantur.* Gignuntur. Vox ista, Neros, lingua Sabinorum, (quo ex populo erant oriundi Claudii) forte significat; Laudat igitur Drusum a patre, nimirum Tiberio Nerone; sed eundem laudat magis ab Augusto; a quo recte fuerat educatus.

*Doctrina.* Institutio, educatio. *Vim, &c.* Indolem, virtutes a natura acceptas,

*Rectique cultus, &c.* Nominativus pluralis est: recte educationes, disciplina; cura fingenda aetatis tenerae, corroborant, augetque; mentes bene natas. Sic Od. 9. lib. 1. dixit, feros cultus hominum recentium a Mercurio fuisse formatos.

*Utrumque, &c.* Utricunque, quotiescumque; mores, id est, bona illa institutio, ac disciplina defecit, negligitur, non adhibetur; ibi multa committuntur vitia, quae dedecorant, & corrumpunt bene nata, hoc est, indolem bona a natura acceptam, naturam praestantiam, ac nobilitatem.

*Neronibus.* Priscos intelligit Neronem; unde orti Tiberius, & Drusus.

*Metaurum, &c.* Fluvius est Umbriae, apud quem caesus est, anno V. C. 546. Asdrubal, fra-

*Devictus, & puer fugatis*

*Ille dies Latio tenebris,*

*Qui primus alma risit adorea,*

*Dirus per urbes Afer, ut Italas,*

*Cen flamma per tadas, vel Eurus*

*Per sculas equitavit undas.*

*Post hoc secundis usque laboribus*

ter Hannibalis, cum valida manu, quam fratri suppetias ferens, in Italia duxerat. Eum Claudius Nero Consul, junctis cum Salinatore collegae copiis, adortus delevit; ac statim in sua castra, quae erant in conspectu Hannibalis in Lucania, rediens antequam ipsum abisset sensit hostis, caput Asdrubalis in Hannibalis castra coniecit: quae res una maxime salutis Romae fuit, Hannibalemque Italia decedere coegit. Livius, lib. 27. 28.

*Fugatis tenebris.* Depulso metu, & periculo, quod ab Hannibale victore certissimum imminabat, si suas copias cum Asdrubalis exercitu junxisset.

*Qui primus, &c.* Qui dies primus insigni gloria, & felicitate clarus fuit. Asdrubale quippe caeso, Hannibal de receptu, & fuga cogitavit. Livius sub fin. lib. 27.

*Adorea.* Est proprie adoris copia. Ador frumentum est: sumitur pro bellis felicitate, & gloria qualibet rei bene gestae;

quia antiquorum opes frumenti copia maxime continebatur.

*Afer ut, &c.* Primus dies ille fuit auspiciatus, & felix, posteaquam, ex quo, dirus Afer, id est, Hannibal, Italiam populabundus peragravit.

*Per tadas.* Tada hic, est arbor quaedam, igni concipiendo aptissima, ex qua fieri solent facies; quae idcirco dictae quoque sunt tadae.

*Equitavit.* Omnia vastando peragravit, instar flammae sylvam pervolantis, aut venti per mare Siculum properantis. Itaque hic ordo est. Ex quo, dirus Afer equitavit per urbes Italas, ut flamma per tadas, aut Eurus per Siculas undas; subaudi, equitavit, vel aliud verbum: nam venti equitare quoque dicuntur a Poetis.

*Post hoc.* Post victoriam Cl. Neronis.

*Secundis, &c.* Fortunatis praeliis.

*Usque.* Semper.

Romana pubes crevit, & impio

Vastata Pœnorum tumultu

Fæna Deos habuere rectos.

Dixitque tandem perfidus Hannibal:

Cervi, lupoꝝ præda rapacium,

Seçtamur ultro, quos opimus

Fallere, & effugere est triumphare.

Gens, qua cremato fortis ab Illo,

Factata Tuscis aquoribus, sacra,

Natosque, maturosque patres,

Pertulit Ausonias ad urbes,

Dunis ut ilex tonsa bipennibus,

Nigra feraci frondis in Algido,

Romana pubes. Romani.

Tumultu. Sic ferè vocabant

bella civilia, & domestica; ite

ea, que in ipsa Italia gereretur.

Rectos. Quorum antea de-

jectæ jacebant statua.

Perfidus. Vel, quia Pœni e-

rant insignes ob perfidia; vel,

quia primus Hannibal fœdus

violavit, quod, post primum

bellum Punicum, Romanos

inter, & Afros initium fuerat.

Cervi, &c. Est oratio Hanni-

balis, ad suos milites. Ordo est:

nos Pœni, instar cervorū, se-

çtamur, id est, agitamus bello

Romanos, qui sunt instar lupo-

rū rapaciū, quorū præda sumus

Ultrò. Quia tertiū bellū Pū-

nicum Carthaginienses move-

runt, non lacessiti à Romanis.

Opimus. Amplius, magnifi-

cus, Opina proprie spolia di-

cebantur, quæ dux duci ho-

stium detrahebat.

Fallere, &c. Latere: in

triumphi loco ducere debe-

mus, si eos salvi effugiamus.

Gens, &c. Romani, à Tro-

janis oriundi.

Factata. Variis tempestatibus

agitata, in mari Tyrreno.

Vide initium lib. 5. Æneid.

Sacra. Religionem; sacro-

rum ritus.

Maturos patres. Senes.

Ausonias. Italas. Auson Rex

Italiae fuit, à quo nomen illi

regioni factum.

Ut ilex tonsa, &c. Amputa-

ta: sensus est; ut ilex, id est,

quercus, in Algido feraci ni-

græ frondis; id est, fœcundo

dentis arboribus, (Algidus est

mons propè Romam) si ejus

rami aliquot amputentur, &

qua-

Per damna, per cades, ab ipso

Ducit opes, animumque ferro.

Non hydra secto corpore sumior

Vinci dolentem crevit in Herculem;

Monstrumve summisere Colchi

Majus, Echioniarve Theba.

Merses profundo, pulchrior evenit:

Luctere, multa prouet integrum

Cum laude victorem, genetque

quasi iuuitiles capilli roncân-

tur, magis repullulat, & ab

ipso vires ferro sumere vide-

tur; sic Romani suis cladibus

fortiores fiunt, &c.

Ducit opes. Vires acquirit,

comparat.

Hydra. Serpens fuit in Lei-

na palude, propè Argos. Septe

illi capita, aut etiã plura, quo-

rū unum si secaretur, alia duo,

vel tria, in ejus locum succre-

scabant; unde vocatur ab Ho-

ratio alibi, numerosum malum.

Eam Hercules denique, licet

egre, perdomuit, admoto igne,

quo fœcunda capita extinxit.

Crevit. Multiplicatis capi-

tibus.

Summisere. Quasi ex insidiis

immisere: è terra eduxere. Sic

tellus dicitur à Lucretio flores

summittere, id est, producere;

arbor se subicere dicitur à

Virgilio, id est, se attollere ab

humo, crescere.

Monstrumve. Draconē per-

vigile, tauros igni vomos signi-

ficat, armatos etiã homines,

ex anguineis dentibus natos,

&c. quos Jason opè Medee pro-

figavit, ac domuit. Vide lib.

Epodon, od. 3. Ovid. 7. Metam.

Colchi. Asiae populi, propè

mare Caspium.

Theba. Cadmus, antequam

Thebas conderet, jussus est ab

oraculo dentes serpentis serere:

ex illis dentibus armati mili-

tes nati sunt, & inter illos E-

chion, qui deinde Cadmi gener

fuit, & ejus adjutor in Thebis

extruendis; unde vocat eas Ho-

ratijs Echionias. Sententia igitur

est: non majora fuere mô-

stra in Colchide, aut Thebis

olim nata, & mirabiliora,

quàm ipsa Roma sit.

Merses, &c. Si coneris Ro-

manos merlare in profundum

mare; hinc evenient, id est, e-

mergent fortiores: si lucteris

cum eis, & pugnes, res integrū

hoiēm, & recentibus instru-

ctum

Prælia conjugibus loquenda.  
 Carthagini jam non ego nuncios  
 Mittam superbos: occidit, occidit  
 Spes omnis, & fortuna nostri  
 Nominis, Afrubale interempto.  
 Nil Claudia non perficient manus  
 Quas & benigno Numine Jupiter  
 Defendit, & cura sagaces  
 Expediunt per acuta belli.

etum copiis, antea victorem,  
 proruent, debebunt. Luctari  
 propriè dicuntur, qui inter se  
 manibus, pedibusque certant  
 uter utrū proruat, ac dejiciat.  
 Loquenda. Deploranda, ob  
 amicos maris; laudanda, ob  
 servatos vel, quæ viri uxoribus  
 renarrent, donum reversi.  
 Nuncios. De meis in Italia  
 victoriis.  
 Nil Claudia, &c. Jam Poë-

*Dioblo*

ODE IV. *Tetrastopho*

Augustum, ut in Vibem à Galliis citò redeat  
 hortatur; & publicam sub eo felici-  
 tatem celebrat.  
 Divis orbe bonis, optime Romula  
 Custos gentis, abes jam nimium divi:  
 Divis orbe bonis. Propitiis:  
 qui natus es singulari Deorum  
 beneficio: vel, qui originem  
 ducis à Diis. Gens enim Julia  
 per Enoam à Venere deriva-  
 ta erat; & Julius Cæsar, Au-  
 gusti pater adoptione, in Di-  
 vos relatus fuerat; unde in

ta loquitur; & est Oda totius  
 clausula.  
 Manus. Vires, consilia Ne-  
 ronum; quorum vulgò præ-  
 nomen erat, Claudius.  
 Sagaces. Cum prudentia, cõ-  
 silioque junctæ.  
 Expediunt. Liberant, tutos  
 præstant, ac victores.  
 Per acuta belli. Per bella  
 periculosa: sic, amara cura-  
 rum; pro amara cura.  
 nummis Augustus passim Divi  
 filius appellatur.  
 Romula. Romanæ, pro, Ro-  
 muleæ.  
 Abes. Profectus erat in Gal-  
 lias; anno 738. rediit, anno  
 741. Vide Indicem 2. Odar-  
 tum.

*Ma:*

Maturum reditum pollicitus Patram  
 Sancto Concilio, redi.  
 Lucem redde tua, dux bone, patria:  
 Instar veris enim vultus ubi tuus  
 Affulsit populo, gratior it aies,  
 Et Soles melius nitent.  
 Ut mater juvenem, quem Notus invido  
 Flatu Carpathii trans maris aquora  
 Cunctantem spatio longius anavo  
 Dulci detinet à domo;  
 Votis, ominibusque, & precibus vocas;  
 Curvo nec faciem listore dimoveret:  
 Sic desideris ista fidelibus  
 Quærit patria Casarem.  
 Tutus bos etenim rura perambulat:  
 Nutrit rura Ceres, almæque Faustitass  
 Pacatum volitant per mare navita:  
 Culpari metuit fides:

*Pres. V. versu  
 To. H. Lepidi  
 constant pond  
 dactyl. silab. et  
 duoq. dactili;  
 quæstioni-  
 cur qui ex  
 p. pond. c. 2. da  
 filis constat.*

Patrum. Senatorum.  
 Concilio. Senatui, ordini.  
 Instar, &c. Postquam tutus  
 vultus, verno tempore similis,  
 nobis affulsit; dies amceniores  
 sunt, & Sol novâ luce redimit-  
 tus videtur.  
 Juvenem. Filium.  
 Invido. Adverso: quasi redi-  
 tum filii invideret parenti.  
 Notum diximus alibi esse ven-  
 tum procellosum, à meridie  
 flantem.  
 Carpathii. Carpathus insula  
 est, inter Rhodum, & Cretam.  
 Equora. Vatta, & æquospa-  
 tia, inq. in d. p. in d. p. in d. p.  
 Cunctantem, &c. Anno diu-

*Elioncur.*  
 Ominibusque. Capiendo iden-  
 titem auguria, & omina, quæ  
 illi filii reditum adpromittant.  
 Sumbantur autem omina in-  
 terdum ab avibus, interdum à  
 pecudibus, &c.  
 Curvo. Prono, devexo.  
 Dimoveret. Detrahit, dejicit.  
 Pericussa, commota.  
 Quærit. Absentem requirit.  
 Nutrit. Saturat frumento, &  
 implet.  
 Faustitas. Felicitas, frugum  
 copia.  
 Culpari, &c. Fides cavet ne  
 culpetur, ne accusetur perfa-  
 das: omnes fidem aliis datam  
 servant.

*Nil:*



Nullis polluitur casta domus stupris;

Mos, & lex maculosum edomuit nefas;

Laudantur simili prole puer peras;

Culpam pena premit comes.

Quis Parthum paveat? quis gelidum Scythens?

Quis, Germania quos horrida parturit

Fatus, incolumi Casare? quis fere

Bellum curet Iberia?

Condit quisque diem collibus in suis;

Et vitem viduas ducit ad arbores:

Hinc ad vina redit latus; & alteris

Te mensis adhibet Deum:

Mos, & lex, &c. Turpia, & obscœna flagitia domantur, comprimuntur bonis moribus, id est, disciplina, & studio virtutis, ac legibus. Legem tulit Augustus de adulteriis, & pudicitia.

Maculosum nefas. Sic vocat frequentiam adulteriorum, quæ labem, & maculam clarissimis famillis inuolant.

Laudantur, &c. Fœmine partu levata laudantur, ob filios similes parentibus: quæ similitudo arguit eos spurios non esse.

Culpam, &c. Pœnæ sceleratos citò consequuntur, & plectunt.

Parthum. Parthi sunt in Asia, Persidem occuparunt. Scythæ sunt Septentrionalis Asiæ populi.

Fatus. Homines: olim Germani erant proceræ, & immani staturâ. Illi Augusti adven-

tu in Gallias tertiti, arma possuerant, ut Hispani, qui nuper ab Agrippa domiti, non nihil deinde turbaverant.

Iberia. Hispaniæ, ab Ibero flumine.

Condit. Sepelit, id est, totum transigit. Ita Virgilius dixit, diem componi; quæ vox etiam funerum est: Plautus comburi.

Et vitem, &c. Jungit, & maritat vitem, quibusdâ arboribus sterilibus, & sine illa quasi viduis: tales sunt ulmus, populus, &c.

Alteris, &c. In secundis mensis, te cû ceteris Divis jungit, invocatque. Sublatâ mensâ primâ, & majoribus ferculis, altera ponebatur: in eaque vulgò poma, uvæ, ac præsertim vinum generosius; quo Diis libabant, & agebant gratias.

Te

Te multâ prece, te prosequitur mero

Diffuso pateris; & laribus tuum

Miscet Numen, uti Græcia Castoris,

Et magni memor Herculis.

Longas ò utinam, dux bone, ferias

Præstes Hesperia, dicimus integro

Sicci manè die; dicimus vridi,

Cùm Sol Oceano subest.

Diffuso pateris. De pateris cyatho enim fundebant in terram aliquid vini, antequàm biberent, illudque Diis offerebant.

Laribus. Privatis cujusque domus, & familia Diis.

Uti Græcia. Ut Græcia, memor, & grata pro acceptis beneficiis, miscet Diis nomen Castoris, & Herculis; id est, laudibus Deorum, & Hymnis admiscet laudes Castoris, &c. De Cultore. Vide lib. 1. Ode 3. Sic te Diva, &c.

Ferias. Otium, pacem: feriarum dies festi, seu vacui ab opere, dicuntur; per quos inferuntur epulæ, victimæ feriuntur.

Hesperia. Italiæ.

Integro. Recenti, novo, ex quo nondum quidquam decisum, & decerptum est ad laborem, & opus; id est, primo manè.

Sicci. Jejuni.

Vridi. Humidi, id est, potu, cœnati: vino madidi.

Cùm Sol, &c. Vesperè: cùm Sol Oceano mergitur.

Saphira Dicolos O D E V. *ut p.*

Precatur Apollinem, ut sæculare carmen à se composurum probet, ac tueatur. Virgines, ac pueros, ut ritè illud recitent, monet.

Dive, quem proles Niobæa magna

Dive, &c. O Apollo, quem filii Niobes sensere vindicem linguæ magnæ, id est, arrogantis, ac superbæ. Niobe,

Tantali filia, uxor Amphionis Thebarum Regis, cùm liberos 12. haberet, sex magnæ, totidem puellas, Lato nam.

Vindicem lingua, Tityosque raptor  
Sensit, & Troja propè victor alta

Phibijs Achilles,

Ceteris major, tibi miles impar;  
Filius quamvis Thetidis marina,  
Dardanas turres quateret tremendâ

Cuspide pugnax.

Ille, mordaci velut itta ferro

Pinus, aut impulsâ cupressus Euro,

Procidit latè, posuitque collum in  
Pulvere Teucro.

Ille non inclusus equo Minervæ

Sacra mentito, malè feriatos

Troas, & latam Priami choreis

nâ spernere ausa erat, quæ duos  
tantum edidisset. Vlti matrè,  
Apollò, & Diana, omnes libe-  
ros Niobes sagittis cõfecerunt:  
ipsa Niobe dirigit dolore, &  
in saxum est mutata. Ovid. 6.  
Metam. qui dat illi 14. libe-  
ros; cum alijs, tantum 12.

*Tityosque.* Nominativus est  
Græcus, pro Tityus: de illo vi-  
de lib. 2. Od. 4. & lib. 3. Od. 4.  
Vocatur raptor, quia Latonam  
rapere voluerat, ac temerare:  
inter Gigantes numeratur.

*Propè victor.* Hectore nimi-  
rum interfecto.

*Phibijs.* Oriundus Phthiâ,  
urbè Theffalix. Paris, juvante  
Apolline, Achillem in ejus  
templo sagittâ interfecit.

*Thetidis, Thetis, Dea mari;*

na, Nerci filia.

*Dardanas.* Pro, Dardanijs;  
Trojanas: & postea Teucro,  
pro Teucro, id est, Trojano.  
Teucer Dux fuit Trojanorum;  
de quo vide Od. 6. l. 1. & 13.

*Cuspide.* Hastâ immani.

*Mordaci ferro.* Securi, vel  
ferrâ.

*Equo, &c.* Equo ligneo, qui  
sungebatur Minervæ dicatus à  
Græcis, pro reditu in patriam,  
equum hunc illi à se pro-  
missum, quippe pugnaci, &  
bellatrici Deæ, simulantibus.  
Hinc dicitur ab Horatio, *equus  
mentitus sacra Minerva.* Vide  
Vir. 2. Æneid.

*Malè feriatos.* Malè cessan-  
tes, otio intempestivo, cho-  
reis, & epulis indulgentes.

Est

Falleret aulam:

Sed palam captis gravis, heu nefas! heu!

Nescios fari pueros Achivis

Ureret flammis, etiam latentes

Matris in alvo:

Ni, tuis victus Venerisque grata

Vocibus, Divum pater annuisset

Rebus Ænea potiore ductos

Alite muros.

Doctor arguta fidicen Thalia

Phæbe, qui Xancho lavis amne crines,

Dauria defende decus Camæna,

Falleret. Fefellisset, latuif-  
set: non se in equi latebras ab-  
didisset, ut Priami aulam, &  
proceres noctu invaderet.

*Sed, &c.* Ordo est: sed ca-  
ptis, & expugnatis palam, ac  
lute, subaudi, Trojanis, ure-  
ret eorum infantes flammis  
Achivis, id est, Græcis, à se  
accensis.

*Gravis.* Durus, crudelis.

*Nescios fari.* Nondum per-  
tatem loqui valentes.

*Annuisset, &c.* Concessisset  
rebus, id est, fatis, & fortuna:  
Æneæ, muros ductos felicior-  
ibus quam Troja auspicijs:  
hoc est, annuisset, ut Æneas  
uteretur secundis rebus, & du-  
ceret, seu, cõderet muros Ro-  
mæ non evertendos olim: ut  
Trojani ceciderant. Ales, in ea  
locutione sumitur pro auspicio;  
quia auspicia propriè ex

avium cantu, & volatu pete-  
bantur; ut sæpe antea dictum.

*Doctor, &c.* O Phæbe, qui  
fidicè peritissimus, doces Tha-  
liam argutam, id est, rectè ca-  
nentem, sonorâ voce prædi-  
tam. Thalia una è Musis est.

*Xancho amne.* Duo fluvij  
sic vocati sunt; alter in Troa-  
de; alter in Lycia: utraque re-  
gio nota fuit Apollini, & a-  
mica.

*Lavis crines.* Solebant vete-  
res in amnibus crines lavare,  
ut melius nitent, crescenti-  
que.

*Camæna Dauria.* Id est, Mu-  
sæ Italæ, sive, meorum ver-  
sum: erat enim ortus ex A-  
pulia, in qua regnavit olim  
Daurus, Turni pater. Senten-  
tia est: fac ut mei versus pla-  
ceant; decus illis, & gratiam  
upud omnes concilia.

Leo

Lavis Aegypti.  
 Spiritum Phabus mihi, Phæbus artem  
 Carminis, nomenque dedit Poëta.

Virginum prima, puerique claris  
 Patribus orti.

Delia tutela Dea, fugaces  
 Lynceas, & cervos cchibentis arcu,  
 Lesbium servate pedem, meique  
 Pollicis ictum:

Ritè Latona puerum canentes,  
 Ritè crescentem face noctilucam,

Lavis. Imberbis, qui malas  
 habes læves. *Cohibentis. Sistentis, & in-*  
*terficiensis.*

Aegypti. Vocativus est Græ-  
 cus, significans eum qui viis  
 præest: id muneris dabant A-  
 pollini; statuasque illi in viis,  
 pro foribus ædium, ponebant.

Spiritum. Ingenium ad Poë-  
 sim factum: imperum Poëticum.

Prima. Primariæ, nobilio-  
 res. Sæculare carmen à lectif-  
 fimis pueris, puellisq; 27. pa-  
 trimis, & matrimis, id est, quo-  
 rum pater, & mater essent su-  
 perstites, canebatur; idq; ma-  
 gno ducebant honori parêtes,  
 quorum liberi eligerentur.

Tutela, &c. Id est, vos, qui  
 estis in fide, ac tutela Dianæ,  
 natæ in Delo. Pueri, & puellæ,  
 antequam in matrimonium  
 collocarentur, erant in Dia-  
 næ fide. Delos porrò est insu-  
 la Maris Ægæi, patria Dianæ,  
 & Apollinis.

Prof.

Prosperam frugum, celeremque pronos  
 Volvere menses.

Nupta jam dices: Ego Dis amicum,  
 Sæculo festas referente lucas,

Reddidi carmen, docilis modorum  
 Vatis Horati.

Prosperam frugum. Quæ fa-  
 cit, ut lætæ sint fruges, quæ  
 illarum copiam, & proventum  
 impertit. Nihil autem subau-  
 ditur: sed hoc adjectivum à  
 Latinis ita cum gignendi casu  
 ponitur.

Celeremque, &c. Celerem  
 in volvendis mensibus: Hel-  
 lenismus, seu Græca locutio.  
 Luna Zodiacum diebus 27. e-  
 metitur, quem Sol uno tantum  
 anno lustrat: id autem fit, non  
 quia reverà celerior est Sole;  
 sed quia circulum minorem  
 describit, quippe terræ pro-  
 prior.

Pronos. Quasi citò, & spon-  
 te suâ cadentes, ac desinentes.

Nupta, &c. Tu, ò Virgo,  
 carnem meum recitatura (unam

alloquitur, omnium nomine)  
 cum eris olim nuptas dices, at-  
 que ita gloriaberis: Vna eram  
 ex iis, quæ recitabant carmen  
 Sæculare, Dianæ, & Apollini  
 gratissimum, ab Horatio vate  
 compositum.

Sæculo, &c. Exacto sæculo,  
 & revehente dies festos, ac so-  
 lemnes &c. Vide Sæculare, in  
 fine libri Epodon.

Reddidi. Fideliter recitavi,  
 cecini.

Lucas. Per sex enim dies, no-  
 ctesque agebantur Sæculares  
 illæ feriae.

Docilis modorum, &c. Post-  
 quam ab eodem Horatio didi-  
 ci, & memoriæ mandavi ejus  
 modos, seu Oden.

## Dicolar ODE VI. Dactylo

L. Manlium Torquatum admonet de vitæ  
 brevitate *Manlii Torquati*

6 ped. D. *Diffugere nives, redeunt jam gramina campis, Exaneth*  
 2 ped. *Arboribusque comæ: Pæthie dimoh dactili*  
*Mutat terra vices, & decrescencia ripas*

Vices. Mutatur: errat gratâ  
 Viciisitudinæ: pro hyeme ver-  
 gida, nunc læta, & aperta est.

*Dactylicus Archilochius conpat*  
*Duoq; Dactili et Silaba e enim semi-Pantha*  
*metra*

*Flumina praterunt; Dactylicæ, Hæchilochi-  
ca*  
Gratia cum Nymphis, geminisq; sororibus, audet  
Ducere nuda choros.

Immortalia ne spes monet annus, & almam  
Quæ rapit hora diem:

Erigora mitescunt Zephyris; ver proterit æstas  
Interitura, simul

Pomifer autumnus fruges effuderit; & mox  
Bruma recurret iners.

Damna tamen celeres reparant Cælestia Lunæ  
Nos ubi decidimus,

*praterunt.* Infra ripas solitas eunt, ac descendunt; ætæriori utuntur alveo.

*Gratia.* Tres sunt Gratiæ, seu Charites, Aglaïa, Thalia, Euphrosine; beneficiis, & amicitia præsent: hinc sine vestibus pinguntur; quia sincera, & fuci, ac simulationis expertæ, debet esse amicitia, & beneficentia: juvenes, quia beneficiorum memoria nunquam debet conflescere: earum una averfa pingitur, duæ ad nos converfæ; quia duplicem pro accepto beneficio gratiam referre oportet, ac beneficium unum duobus compensare. Ab accipiente gratiam duplicem reverti decet.

*Audet.* Quæ hyeme prodire non audebat.

*Immortalia, &c.* Ne rem ullam æternam putes; ne vitam

semper duraturam confidas:

*Rapit, &c.* Finitis enim horis, dies quæque præterit, abfolvitur.

*Proterit.* Protrudit, abigit. *Simul.* Statim atque.

*Damna, &c.* Sensus est: tamen Luna, quæ celeriter menses evolvit, citò reparat damnum luminis sui Cælestis, quod patitur, cum decrevita brevi enim fit plena, & integram suam lucem recipit. Vel; tamen hæc damna temporum, & tempestatum vicissitudines, brumæ incommoda, &c. reparant, ac refarciunt Luna, Sol, & ceteri Planetæ. Lunam autem præcipuè nominat; quia vis ejus est maxima in ea omnia, quæ è terra gignuntur. Ita Læbinus explicat. Damna porro tempestatum, Horatius appellat Cælestia; quia Cæelum pro

Quò pius Æneas, quò Tullus dives, & Ancus,  
Pulvis, & umbra sumus.

Quis scit, an adjiciant hodierna crastina summa  
Tempora Dè Superi?

Cuncta manus avidas fugient hæredis, amico  
Quæ dederis animo.

Cum semel occideris, & de te splendida Minos  
Fecerit arbitria,

Non, Torquate, genus, non te facundia, non te  
Restituet pietas.

*Infernis neque enim tenebris Diana pudicum*

ære sæpè sumitur, & præcipua mutatio in ære fit. Porro singule tempestates aliquid videntur accipere, & afferre damni, cum mutantur: ver enim desinens amittit temperi suavissimam, æstas calorè, & menses, autumnus fruges, &c.

*Quò pius, &c.* In eum locum, in quem deciderunt Æneas, Tullus, & Ancus: nempe ad Inferos. Tullus Hostilius fuit Rex Romanorum tertius: Ancus verò quartus.

*Hodierna summa.* Ad numerum, & summam annorum, quos hætenus viximus, quos hodiè numeramus. Benè Martialis: *Sera nimis vita est crastinas vive hodiè.*

*Tempora crastina.* Diem crastinam.

*Cuncta, &c.* Quæ animo, & genio tuo dederis, ea subtrahes prudenter hæredi avaro;

non venient in ejus manus illæ opes, quas in epulas, in ludum, impenderis.

*Minos.* Judex Inferorum notus. *Arbitria.* Judicia: vocat splendida, id est, publica, superba: cum de te pro arbitrio statuerit. Vulgò *arbitræ*, judex privatus est, qui ex æquo, & bono litem inter dissidentes ortam dirimit amicè.

*Torquate.* L. Manlius Torquatus, ad quem Horatius hæc scribit, Consulatu gessit, eodè anno, quo natus est Horatius.

*Genus.* Nobilitas: originem enim ducebat iste Manlius, ab illo Manlio, qui, quò Galulum interemptum torque spoliasset, Torquati cognomen est adeptus.

*Restituet.* Subaudi, vitæ, amicis.

*Infernis.* Ipsi Dii non possunt eos, quos habebant cha-